¶ Si etiā hz per dispensationez pape sz surrepticie: puta qz petendo vnū tacuit de alio qd habebat: vel dixit se habere legitimā etatē cū n̄ haberet: et huiusmodi idē iudiciū ē. Si per dispensationē epi hz plura bn̄ficia sz simplicia: sz ad superfluitatem vel ēt p dispēsationem pape simplicia vel curata cū vnum sibi sufficeret s'm statum suuz n̄ videtur tutus in conscientia sua: quia dissipatio est: et non dispensatio. Si accepit ecclesiam parochialez a quocūq3 cū non attigisset. 25^m. annū absq3 dispēsatiōe pape circa etatē nulla ē dispēsatio: et nulluz ibi ius hz. c. lz canon. d elec. li. 6. Si ifra annū oputādū a die assignatiōis sibi regimīs eccl'ie n̄ fecit se ad sacerdotiū pmoueri: ē ipo iure p̄uat'. e. c. lz canon. Itē tenet' psonaliter

residere in residentia. Pōt tñ epūs cā rationabili dispēsare ad tps tm̄. Sʒ ꝺ ꝓmotione ad sacerdotiuʒ infra annuʒ nō extenditur ad ecclesias collegiatas habētes curā: nec ad assūptos ad earū dem regimē. ꝺ elec. c. statutuʒ. li. 6.

Possūt etiā epī dispēsare cū ipsis q habēt: vel habebūt ecclesias parochiales vt vsqꝫ ad septēniū litterarꝫ studio īsistētes ꝓmoueri nō teneātur nisi ad ordinē subdiaconatꝰ: quē nisi īfra annū suscipiāt sūt ipso facto ꝑuati tali bñficio: ⁊ medio tꝑe per vicarios illis ecclesijs ꝓuideat. ꝺ elect. l. i. 6. c. cuʒ ex eo.

¶ Si habēs qdcūqꝫ bñficiū simplex: ⁊ q̄tūcūqꝫ paruū nisi dicit horas oī die peccat mortalit̄ omittēdo ex negligentia etiā si nō sit in sacris cōstitutus.

¶ Si canonicꝰ vl̄ aliꝰ clericꝰ recipit q̊tidianas distributiones que dantur interessentibus horis cum nō interfuerit furtū cōmittit ⁊ tenet̄ ad restitutionē.

¶ Si cū nō possit per se curā exercere ecclesie non posuit ibi loco sui idoneū q bñ officiāet: sʒ malū ⁊ ignorātē q ex suo malo scandalizat: vt notorius fornicator ⁊ lusor ⁊ huiusmōi: vl̄ q nescit ministrare debite sacramenta ⁊ cōfessiones audire peccat mortaliter: quoniam omnia mala que sequuntur ei īputātur. ¶ Si vere non potest inuenire idoneum per se exerceat: vel si non potest aliter prouidere renūciet. ¶ Itē non licet prelato sub precio vel annuo censu cōcedere vices suas seu iurisdictionē quia spūale est. extra ne prelati vices suas. c. i. 2. ⁊ 3. vʒ si diceret: concedo ꝙ exēceas vices meas: vl̄ talē iurisdictionē: ⁊ totū lucrꝫ sit tuū: ⁊ dabis īde mihi tantū: illicitū est: sʒ ꝯmittēdo pure vices suas lʒ constituere ei salarium. i2. q. 2. c. charitatē tuā. vʒ dicendo dabo tibi tantū ꝑ salario tuo: ⁊ totum lucrū erit meum. Inno. hec. Si alienauit res ecclesiasticas: vʒ mobilia bona vt res sacras vel immobilia: vt possessiones sine necessitate: vel maiori vtilitate: vel non seruata forma iuris ⁊ huiusmodi grauiter peccauit. ¶ Item ꝺ exercitio cure animarum q̄uo se habuit in audientia confessionum: in collatione aliorꝫ sacramentorꝫ: in visitatione infirmorum: precipue ne deficiāt eis sacramenta cuʒ expedit. In admonitione subditorum: in correctione viciorum precipue quo ad notorios peccatores: concubinarios: tenentes inimicitias: ⁊ huiusmodi.

¶ Si ñ amouit nō ꝯfitētes: ⁊ nō communicātes annuatim quantum potuit significando epo cum non potuit: ⁊ huiusmodi. nam oues ex negligentia perdite ab eo requirentur: de quibus ⁊ alijs supradictis ⁊ huiusmodi habes satis in tertia parte summe. ¶ Si alienos parochianos audiuit non habens auctoritatem specialem: ipse vel ipi: qꝛ non potest eos absoluere. ¶ Si emit aliquas res īmortales de fructibus ecclesie: quia tales debent remanere ecclesie. vnde si emit nomine alterius: vt sic possʒ dare ⁊ legare cui vellet fraus est ⁊ furtum: ⁊ ad restitutionē tenet̄.

¶ Si indulgētias per se dedit cuʒ nō posset: vel plures dixit habere ecclesiā suā quam habeat ob questū ē mōtale.

¶ Si reliquias nouas exhibuit pplo honorādas nō approbatas ab eccl̄ia:

¶ Si nimis facilis fuit ad dispēsāduʒ in ieiunijs ecclesie. ¶ Si elemosynas

extorsit a populo ꝛ a subditis ad quas nō tenebātur. Si questores dicere mē dacia in ecclesia sua permisit: ꝛ qđ peius est si fecit pactū cum eis de quota. ¶ Si secūdas nuptias bñdixit. Si permisit christianas nutrices seruire ī domo iudeorum. ¶ Si sustinuit sortilegas: ꝛ diuinatrices ī sua parochia. ¶ Si permisit ludos vel malas ↄsuetudines nō obuiādo quātū potuit. Clerici vēo q manifestis vsurarijs alienigenis aut alias oriundis đ terris ipsoꝝ ad fenus exercendū domos locāt: vł alio titulo cōcedunt ipso facto sūt excomunicati nisi sint epi: de vsuris. c. vsuraꝝ. lib. 6.
¶ Clerici: archidiaconi: plebani: decani: ꝑpositi: cātores: ꝛ alij clerici ꝑsōatū habētes: ac etiam sacerdotes qui audiunt in scholis leges vel physicam: post duos menses si non dimittunt huiusmodi lectiones sunt excōmunicati. c. super specula. extra ne cle. vel mona.
¶ Clerici ꝛ religiosi qui inducūt aliquē ad vouēdū vł iurādū: vł fide īterposita seu alias ꝑmittē dum vt sepulturas apud eos eligāt: vel iā electaꝫ non mutēt sūt excōicati: nec possunt absolui nisi per papam: nisi in mortꝫ articulo: de. cupictes đ penis. idem đ reli.
¶ Clerici q scienter ꝛ sponte participauerunt cū excōicatis a papa: ꝛ ipos in officijs receperunt sunt excōmunicati: ꝛ absolutio pape reseruatur. c. significauit. extra đ sen. exco. ¶ Falsantes litteras pape: vel falsis scienter vtētes: vel remouentes etiā vnā litterā de bullis pape sunt excommunicati: ꝛ absolutio pape reseruat. ¶ Clerici sepeliētes ī eccł'ijs: vł cimiterijs eoꝝ excōicatos a iure: vł vsurarios manifestos vel nominatim interdictos tēpore īterdicti in casibus nō cōcessis sūt excōicati. cle. eos đ sepultu. Sepeliētes vō se occidētes: vł ī torneamētis morientes ꝛ huiusmodi peccāt mortalit: nec sūt excōmunicati.
¶ De religiosis. c. ij.
Circa religiosos ꝛ religiosas. Si sūt clerici vł ordinati: īterrogari possunt de his de quibus supradictū est in. c. de clericis. ī cōmuni prout erit expediens. Si vēo sit beneficiati ī ecclesijs curatꝫ: de his habes in. c. de precedenti. sed etiam vltra predicta etiā đ infra scriptis que sunt propria eorum dicendum est: ꝛ ꝑmo.
¶ Si fuit receptus ad monasteriuꝫ ꝑ simoniā mortale ē: si vēo fuit simonia mētalis tm̄ penitentia aboletur: si vēo pactionalis: qꝛ. s. monasterium exegit tm̄ alł nolebat eū recipere: ꝛ ingrediēs vł ꝑpinqui ei⁹ tm̄ dederūt: vel minus ꝑ ipso ingressu: nisi forte cū monasteriū ē ita tenue ꝙ nō sufficit illi prouidere nā tūc oblatis spūalib⁹ gratis. i. īgressu licꝫ petere: ꝛ paciscí đ tpalib⁹ đ quibus debeat viuē: vel dicere illi porta tecuꝫ si vis comedere mecum: scđm Hostiē. ꝛ aliquos alios: secus si monasterium est pingue: ꝛ potest illi prouidere: non ꝑt fieri aliqua pactio vł exactio absqꝫ vicio simonie: tūc vltra peccatū recipiens vel recept⁹ vł recepta debēt expelli đ illo monasterio: extra de simonia. c. qm̄. Pōt tñ eps in huiusmodi dispēsare. s. vt non expellantur đ monasterio Rai. ꝛ Gul. ꝑcipue reperit̄ talis simonia in monialibus vbiqꝫ terrarum: nō sic vero ē đ viris religiosis. Si ingressus est religionem non pura ītētiōe. s.

ſeruiēdi deo:ſed alia ꝺ cauſa:vꝫ nō la
borandi.vel ſi eſt monialis quia n̄ po/
tuit nubere: ⁊ ꝗa poſuerunt parentes
ipſam inuitā licet malefecerint: tñ pōt
⁊ dꝫ mutare intentionē .ſ. vt ibi manē
velit ad ſeruiēdū deo: ⁊ ſic erit ī bono
ſtatu:al'erit in mortali. Sed ſi reperit
ſe in monaſterio diſſoluto nō viuente
regulariter querat ſi poteſt mutare lo
cum cū diſpenſatione:ſi indiget qꝺ tñ
in moniali erit difficile: qꝺ ſi non pōt
nō ſequat᷑ turbā.i.alios vl'alias ī ma/
lū:ſꝫ ſeruet ipſa ordinē ſuū ſi ad bonū
non poteſt reducere alios vel alias.

¶ Si ingrediēs monaſteriuꝫ reticuit
impedimēta que habuit ad illum ſciē
ter:vꝫ qꝛ erat ſeruꝰ vel habebat occultā
infirmitatē:vel alterius religionis pro
feſſus ꝯiugatus:debitor in multiſ:⁊ hu
iuſmodi peccauit mortalit᷑:precipue ſi
ſciebat tale impedimētū ⁊ per illud nō
poſſe recipi ad religionem. Vel ꝺ his
interrogatus mendacium dixit:⁊ po/
teſt ⁊ debꝫ de monaſterio expelli ſi ali
ter prouidere non poteſt. ¶ Si habet
votum religionis artioris anteq̄ʒ in/
trat laxiorem prius dꝫ querere diſpen
ſationem ſi etiam eſſet bona: ⁊ multo
fortius poſt ꝓfeſſionē in vna religione
nō pōt ad aliā trāſire equalē:vl'laxio
rem:⁊ de mendicante ordine ad mēdi
cantē:vel de mendicantibus ad mona
chalē tranſire nō pōt ſine diſpēſatione
pape niſi ad chartuſiēſes. ¶ Si induxit
aliquē ad religionē per ſimoniam vel
per fraudes:puta aſſerendo ibi obſer/
uari regulā:quod non fit: vel dicendo
ſe ad nihil obligari:⁊ reticēdo ſeueri/
tates religiōis quaſ ille nō intendit ſer
uare ⁊ huiuſmodi peccauit mortaliter

¶ De illis qui etiaꝫ volentes ingredi
religionē aliquā in qua bñ viuit᷑:auer
tūt vt trahāt aquā ad ſuuꝫ molēdinuꝫ
infamantes illos ⁊ crimina imponen/
tes:ſuas aūt vſqꝫ ad tertiū celū extollē
tes nō euadere dānationē certū ē:qꝛ ꝯ
charitatē agūt ꝯ iuſticiā ⁊ ꝯ ſacrā ſcri
pturam agunt.

¶ De voto paupertatis.

Si in religione exñs obſerua/
uit paupertati votū nihil reti
nens vl'retinere deliberans: ē
mortale enim ꝓprium habere: ⁊ totiēs
quotiens illud proponit. ¶ Dicit᷑ aūt
propriuꝫ quod celatur priori ſuo: vt ſi
habeat ⁊ teneat pecuniam vel veſtem
neſciente prelato: vel ſi ſciat tñ contra
voluntatem eius ⁊ abſqꝫ licentia:vel ſi
de licentia eius ⁊ voluntate: tñ non pa
ratus ſibi tradere ad petitionē eiꝰ:ſed
recuſare ſi poſſet de facto: ⁊ multo pe
ius ſi nō ſolū mobilia:ſꝫ ēt immobilia
vt redditus ⁊ poſſeſſiones retinet vt ꝓ
pria danſ vendens ⁊ diſſipans:vt pla/
cet.nec prelatus pōt dare licētiā ſic re/
tinendi: nec papa poteſt in proprio di
ſpenſare:extra de ſtatu monachorum.
c.cum ad mōaſterium. ¶ Si dedit bo
na monaſterij ſiue cōuentus: aut ſupe
rioꝝ licentia habita:vel preſumpta.
Si aliquid occulte recipit vel tꝫ mor/
tale eſt ⁊ proprietas. ¶ Si reperiens ſe
ī loco vbi nō viuitur in cōmuni: ꝓpter
qꝺ oꝫ eū ſibi ꝓuideri de neceſſarijs hꝫ
aliqua veſtimenta:vel pecuniam:⁊ ali
quod huiuſmodi cum bona licētia bñ
placito prelati aduertat diligēter. Pri
mo quidem vt per eum non ſtet quin
omnia velit ponere in cōmuni:ſed alij
vellent:⁊ ad hoc operatur quātuꝫ pōt

¶ Secūdo si hec nō pōt semper sit paratꝰ simpliciť ponere omnia: ꝛ dimittere ī manibꝰ p̄lati. ¶ Tertio vt ō hiꝰ concessis nihil det sine licentia superioris sui generali vel speciali: etiaꝫ ī elemosynis nisi in extrema necessitate.

¶ Quarto vt non thesaurizet nec superflua teneat: nec delitiosa q̄rat: nec multum inquirendo solicitet: nec habeat inordinatū affectū in huiusmodi: ꝛ sic poterit trāsire si ī alijs bn̄ se habeat: secus si agēdo n̄ r̄ligiose: sꝫ laicaľr viuit Sꝫ ꝛ cū p̄dictis si posset locū inuenire vbi ī cōi viuiť melius ei esset.

¶ De voto castitatis.

Si seruauit votū castitatis: nō solū ab omni carnali opere ꝛ cōtactu venereo se abstinēdo sed etiā ab omni locutōe turpi ꝛ amatoria: ꝛ ab omni cogitatione īmunda deliberata: ꝛ delectatione morosa: q̄a in quolibet hoꝝ est mortale: vt dictuꝫ ē. s. circa secūdū ꝛ nonū preceptuꝫ. Est etiā sacrilegiuꝫ qꝺ grauius ē: ꝛ q̄a ad ista deueniť per ꝯuēsationē ꝛ familiaritatē: ideo inquirēdū ē si habet domesticitatē cū aliquo si monialis: vel cuꝫ aliqua si religiosus: ꝛ si hoc reperitur eē ex casū necessitatis ꝓhibendus ē alr̄ nō absoluēdus: quia quasi impossibile est ꝙ talis non incidat in ruinā: di. 3ꝫ. c. hospitiolum. ꝛ di. 8i. per totum. Scādala ēt mlťa ꝛ oblocutiōes sequūtur ī populis ꝛ huiusmodi: ꝛ iō ꝓhibēdus ē ꝛ cōsanguineoꝝ etiam rarus sit accessus.

¶ De voto obedientie

Si fecit ꝯ votuꝫ obedientie qꝺ est semp̄ mortale. ꝛ nō ꝙ non semper quādo quis agit aliq̄d cōtra regulā suā: vel trāsgrediť regulā vľ cōstitutiones facit ꝯ obediētiam sꝫ qn̄ facit ꝯ precepta cōtenta ī regula ꝛ ꝯstitutionibus suoꝝ superioꝝ: vľ qn̄ aliq̄d trāsgrediť ex cōtēptu q̄ntūcūq̄ȝ illud sit minimū. Qn̄ vō prelatus vel prelata iniūgit aliquid fieri p̄cipiēdo vel mandando in virtute sancte obedientie: vel sp̄us sancti vt facias hoc: vel sub pena excōicatiōis ꝛ huiusmodi illud dr̄ preceptū cuiꝰ transgressio ē mōtalis. Idē esset qn̄ p̄latus aliq̄d mādaret subdito q̄nocūq̄ȝ loqueretur declarās sibi ꝙ ītēdit obligare illū sub peccato mortali ad faciēdū illud: ꝛ ītellr̄e si mādat qꝺ non sit illicitum: ꝛ tale q̄d ꝙ teneať subditus ei obedire. Similiter qn̄ in regula: vľ cōstitutionibus est aliquid preceptorie mandatū: vel sub pena excōicatiōis: vel sub pena carceris: vel sub pena grauioris culpe: vľ p̄ similē locutionē cōiter cēseť obligare ad mortale. alr̄s aūt faciēdo ꝯ cerimonialia: vt frangere silentium: tarde venire ad choꝝ ꝛ huiusmodi ē veniale nisi quis faceret ex contēptu: q̄a tunc mortale. Consuetudo auteꝫ q̄uis non sit ipse ꝯtēptus est: tn̄ inductiua contēptꝰ. ꝛ ideo caue ne assuescas alicui trāsgressioni.

¶ De officio diuino.

Si dixit horas canonicas: ꝛ officiū defunctoꝝ qn̄ debet dici. Nā religiosus etiā si n̄ habet ordinē sacrū teneť ex precepto ad officiū: p̄cipue si est ꝓfessus: vn̄ omittēdo aliquā horā peccat mōtaliter: ꝛ omni die qua omittit ex negligētia: nō aūt ex precepto teneť dicere istud: vľ illud q̄uis nec debeat ad placitū suū mutāe

officiū:ſʒ dʒ dicere ſm ordinē ſuū. Si
nō fuit cū alijs in eccl'ia: ⁊ nimis tarda
uit ad dicendū officiuʒ. Si ſōnolenter
vel dormiuit: redicat vel aliquid loco
ei⁹ dicat: ſʒ ſi ꝑ maiori parte dormiuit
totū reiteret. Si ibi incōpoſit⁹ fuit: ⁊
oculis vag|. Si riſit vel ridere fecit: vl'
aliquā leuitatē vel locutionē fecit non
neceſſariā. Si mēte diſtractus ꝓcipue
qñ nō aduertit. Si male legit vel cāta
uit vel inclinauit ex negligentia: ī quo
libet hoꝝ eſt peccatū veniale cōit'. Si
elegit prelatū per ſimoniā: vel etiā ⁊ ſi
nō ſimoniace tñ indignū ſciēter. Si ñ
illū quē iudicauit meliorem ad officiū
illud: ſʒ aliū rōne amicitie: vel alia ītē-
tione mūdane mortale eſt. Si accuſa-
uit calumnioſe prelatū vel ſocium de
aliquo crīali: vel teſtificatus eſt: vl' de-
ſiſtit ab accuſatione īiuſte: vel al' infa-
mauit ꝑlatū vl' ſubditū dicēdo crīalia
ꝺ eis: etiā ſi eſſent vera intentione infa
mandi mortale eſt. Idem ſi ſecreta ſui
ordinis reuelauit ſine cauſa iuſta ⁊ ra
tionali: ⁊ quō qs teneatur ad reſtitutō
nem fame in ſūma in 2ª parte diffuſe
Itē ſi ī viſitatione prelatoꝝ non reue
lauit dicēda que ſūt ꝯ honeſtatē religi
onis de prelatis ⁊ ſocijs: ⁊ precipue qñ
cōiter ſic ſeruat': ⁊ fit ꝓceptū a viſitato
re: vt dicant que indigent correctione:
tunc. n. omittere aduertenter que dicē
da ſunt eſt mortale peccatum: debet tñ
intelligi ꝓceptū ſeruato ordine frater-
ne correctionis. vñ oīno occulta ꝺ qb⁹
pōt preſumi emēdatio dici non debēt.
vbi aūt nō ſperat' emēdatio: ⁊ ꝓſumi-
tur recidiuatio: vel aliqꝺ magnū ſcan
dalū dici dʒ: ñ tñ accuſādo ſi ſufficien-
ter ꝓbari ñ pt: q: tunc grauit' peccaret:

ſʒ ſimpl'r denūciando prelato: vt patri
ſi ſperatur ꝙ inde ꝓuidebitur. Si fecit
vel cooperat⁹ ē ad aliquā ꝯſpiratiōeʒ
ꝯ prelatos vel inuenit: aut ſectatus eſt
partialitates ⁊ ſectas in monaſterio:
aut cōuentu: aut diuiſiones: quia mor
tale eſt: ⁊ crīa mundanoꝝ vel demoni
orum potius ꝗ̃ʒ religioſoꝝ. Interrogā
di etiam ſunt de. 12. abuſionibus clau-
ſtri ſm Rai. que ſm Ugonem ſūt iſte
Prelatus negligens: diſcipulus inobe-
diens: iuuenis ocioſus: ſenex obſtina-
tus: monachus curialis vel cauſidicus
habitus precioſus: cibus exquiſitus: ru
mor in clauſtro: lis in choro: diſſolutio
in dormitorio: irreuerentia circa alta-
re. In his quandoqʒ eſt mortale qñqʒ
veniale ſm qualitatem facti ⁊ intentio
nē. Magna etiam eſt abuſio religioſū
iurare in cōi locutione: etiam ſi dicat
veritatem: ⁊ etiam maledicere: ⁊ bla-
ſphemare: etiaʒ ſi ex leuitate. ¶ Inter
rogādum etiam eſt precipue ꝺ cerimo
nijs principalibus ⁊ ꝺ eſu carnium ex̄
infirmitatem. De lineis nō vtendis ad
carnē: de lectis nō plumeis: de ieiunijs
regule vel cōſtitutionū: de obſeruātia
ſilentij in certis horis ⁊ locis. Ad que
omnia obligantur omnes monachi: ⁊
etiā plures religioſi: ⁊ monachi ſancti
benedicti: ex̄ ꝺ ſtatu mo. c. cū ad mona
ſteriū. ⁊ plures religioſi alioꝝ ordinuʒ
ex cōſtitutionib⁹ ſuis. Et lʒ in his ꝑlat⁹
poſſit diſpenſare: non tñ pōt diſſipare
qꝺ ē ſʒ Ber. qñ fit abſqʒ cā rōnabili ⁊
vrgēte: al' peccatū ē diſpenſāti ⁊ diſpē
ſato plus ⁊ minus ſm tranſgreſſionē.
¶ Si in obediēdo male ſe habuit: vʒ ꝙ
obediuit in malo: puta dicendo men-
dacium: vl' ex negligentia dimiſit cōe

mādatū: vel tardus fuit ad obediēdū
vel nō effectuose s; querulose: vel disso
lute ⁊ nō cū maturitate. Si irreuerēs
circa maiores egre sustinendo repre-
hensores: ⁊ cum indignatione commu
niter veniale.

¶De exercitio.

SI vacauit ocio qd̄ est sentina
omniū maloꝝ: ⁊ quātum. Si
inutiliter expēdit tp̄s faciēdo
ea q̄ sūt nullius valoris. Si fecit exer-
citia mundanorū: vt faciendo bursas
vestes opere polimito recamatiōes vl'
linea reticulata ⁊ huiusmodi: vl' cōfe-
ctiones nimis preciosas: vel alia gulo
sa: q2 magnū peccatū: ⁊ abusio ē ac oc
casio multoꝝ maloꝝ: ⁊ iō ꝓhibēdū est
h°matū ēt repit' ī monalib⁹ modēnis
¶Si ꝯuersando fuit nimis leuis: vel
alios inducēs ad leuitatē: vl' risū vbis
gestib⁹ vl' solacijs: que aliqñ sine pecca
to fieri possunt ad recreationē: vel sub
leuandum se vel alios ab acidia: raro
tamen decet huiusmodi religiosos.
¶Si aliqñ irrisit vel gestiuit: qd̄ simijs
cōgruit ⁊ histriōibus nō r̄ligiosis. Si
murmurauit circa victū ⁊ vestitū. Si
impatiēter tulit graues mores alioꝝ.
¶Si se grauem alijs reddidit. Si singu
laritatem quesiuit in cibo: vestitu: dor
mitu: ⁊ alijs vnde frequenter oritur in
ipsis superbia: ⁊ ī alijs murmuratio ⁊
indignatio. Si fratrem delinquentem
non fraterne admonuit: vl' defect⁹ alio
rū prelato non significauit vt adhibe
ret remediū: seruato tñ ordine fratēne
correctionis: in his cōiter est veniale.
¶Si murmurauit ꝯ sibi cōmittentē tan
quā indiscretū. Si impatiēt' se habuit
dure loquēdo cū qb⁹ se ñ h3 itromittē
Si ñ diligēter tractauit res mōasterij
Si nimis tenax fuit in dando: vl' si ni
mis ꝓdigus: vel acceptor ꝑsonaꝝ sine
cā rōnabili dās magis vni q̄3 alteri de
rebus cōibus. Si dedit qbus nō potu
it: v3 q2 nō habebat licētiā. Si ꝑmisit
res perire ex negligentia: vl' nimis so-
licitus fuit ꝑpter hoc paꝝ vacādo sibi
ꝑpt' multiplicationē tpaliū: qd̄ viciū
hodie multū regnat. Si ñ fuit solicit⁹
ad addiscēdū ea ad q̄ tenet' s3 r̄gulā ⁊
ꝯstitutiōes peccat: ex ignorātia vō etiā
trāsgrediēs ñ excusatur a peccato.
¶Si ē sacerdos debet querere scire que
pertinent ad debite celebrādū. Si con
fessor q̄ pertinent ad illō officium. Si
in his est negligēs precipue cū potest
grauiter peccat: sed v3 etiā frequētare
legere scripturā: vel doctores exponē-
tes: vl' alios libros deuotos ⁊ vtiles: vñ
instruatur ⁊ confortetur ad bonum.
¶Si legit curiosa ⁊ inutilia ꝑpter quod
retrahitur a magis necessarijs: vel do
ctores gētiliū: vl' fictiones poeticas: ⁊
huiusmodi q2 peccatum ē curiositat̄.
De ꝑtinētib⁹ vero ad religionē habes
diffuse ī 3ª parte sūme. ti.

¶De orōne ⁊ cōfessione.

SI nō orauit vltra officiū diui
nū ꝑuati ꝑ se ꝑ alijs consāgui
neis benefactorib⁹ viuis ⁊ de-
fūctis: precipue recōmēdatis vt debet
solicite. Si frequentauit ꝯfessionem ⁊
cōionē s̄m regulā suam ⁊ more3. Mo
nachis vero nigris ꝑceptū ē q2 cōicent
semel in mense: cle. ne in agro. de statu
mona. Si nō vacauit meditatiōi que
q̄ ꝑmaxime indicit deuotionē. Si fuit

tepid⁹ in dilectione dei ⁊ ꝓximi non
ardent̃ affectãs honorẽ dei: ⁊ salutem
animaꝝ vt decet. Si ingrat⁹ ad reco
gitandũ ⁊ cognoscẽdũ sua beneficia: ⁊
recõpensandũ deuote ipi deo ꝓuiẽdo
Si nõ pparauit se ad diuĩa vt debuit:
hec sunt peccata in qb⁹ quotidie offen
ditur de⁹: ⁊ impedit̃ ꝑfect⁹ religiosis.

¶ De amore parentum.

Si nimis carnalit̃ dilexit con
sanguineos: nimis affectans
eoꝝ ꝓspitatẽ: vel gaudens de
ea: aut ꝯtristat̃ nimis de aduersitate.
Si nimis eos visitat vel q̃rit vel gau-
det visitari. Si cum eis loquitur de se
cularibus que non expediunt: vel etiã
cum alijs de guerris ⁊ huiusmodi fre
quenter interrogat ⁊ audit. Si ꝑ eis
procurat beneficia ecclesiastica: vel tẽ
poralia non aptus beneficijs in quib⁹
posset esse mortale. De alijs vero vi-
cijs comunib⁹. s. ira: superbia: inuidia
⁊ huiusmodi: vide. s. in prima parte.
De his vero que pertinent ad regulã
suã ipsemet videat per se ⁊ dicat ¶ Si
penas aut pnĩas taxatas: vel iniun-
ctas a regula vel constitutionibus: vel
a prelato non fecit: peccauit: si ex ne-
gligentia. Si nullo mõ esset paratus
facere etiam prelato precipiente: est
mortale Si nõ ĩtendit perficere in vi
ta: sed que seruat inuitus facit: ⁊ male
contentus est ĩ religione hypocrita ẽ
⁊ in statu damnationis. Tho. Qui vo
cantur ad dirigendas moniales ĩ elec
tionibus: nisi abstineant ab his ꝑ que
posset oriri discordia inter eas sunt ex
cõmunicati. ¶ Religiosi ⁊ clerici in-
ducentes ad vouendum: iurandum:
vel promittendum de eligendo apud

eos sepulturam: vel vt eã vlterius nõ
mutent iam electam: sunt excõmuni-
cati excõmunicacõe papali: cle. cupiẽ
tes. ꝺ penis ¶ Religiosi qui absq̃ spe
ciali licentia ꝓprijsacerdotis solemni
zarent matrimonia: aut ministrarent
sacramentum eucharistie: vel extreme
vnctionis excoĩcati sunt excomunica-
tione papali: cle. p̃ma. de p̃ui. religiosi
Religiosi q excõmunicatos a canone
absoluunt in casibus non ꝯcessis: aut
qui absoluunt a sententijs: per statuta
synodalia: vel ꝓuincialia promulga-
tis: aut absoluunt a pena ⁊ a culpa sũt
excõmunicati excõmunicatiõe papali
per. ꝺ. cle. primam de p̃ui. religiosi.
Inq̃sitores hereticorũ q odio gratia
vel lucro contra iusticiam ⁊ ꝯsciẽtiam
omiserint contra quempiam ꝓcedẽ:
vel ipsam hẽsim alijs imponẽ: aut im
ponerẽt qꝺ officiũ eoꝝ impediret sũt
excoĩcati excoĩcatione papali: cle. mul
torum. de heretic. ¶ Religiosi mendi-
cãtes ꝓfessi transeuntes ad aliquam
religionem monachalem excepto or-
dine cartusieñ: ⁊ similiter recipientes
sũt excõmunicati excoĩcatõe papali ꝑ
ꝯstõnem Martini quinti factam Con
stantie. ¶ Clerici sciẽter ⁊ spõte excoĩ
cantes excõmunicatione a papa in di-
uinis sunt excacõmunicati excõmuni
catiõe papali ꝓm Hosti. ista excõica-
tio hꝫ dubium. ¶ Participãtes in cri
mine ꝓpter quod aliq̃s ẽ excõicatus
aliq̃ p̃dictaꝝ ⁊ aliaꝝ excõicationũ sũt
excõicati ꝑ papã. c. si cõcubine. de sen.
ex. ¶ Absoluẽtes aliquẽ ab aliq̃ p̃di-
ctaꝝ excõicationũ citra sedẽ apostoli
cã pt̃q̃ ĩ mort. artiꝉo q talit̃ absoluti
si nõ se repñtãt ei a quo possũt absolut

q̄ꝫ citius possunt: vel mittāt ꝑ absoluti one reincidūt in eandē. s. excōicationē papalem. c. eos. de sen. exco. in. 6. Sepelientes corpora in cimiterijs tēpore interdicti in casibus nō ꝯcessis a iure sūt excōicati per excōicationeꝫ epalē: cle. eos. de sepul. Sepelientes excōicatos publice aut nominatim īterdictos vel vsurarios manifestos scienter in cimiterijs sūt excōicati: dicta cle. eos. Clerici locātes domos manifestis vsurarijs ad fenus excercēdū ꝫ seu alio ti. cōcedentes sunt excōicati. c. vsurarum de vsuris. li. 6. Non electus a duabus partibus cardinalium: ꝛ se gerēs ꝓ papa est excōicatus. c. licet. de. elec. Monachi ꝛ canonici regulares: archidiaconi: decani: prepositi: plebani: cantores: ꝛ alij clerici personatum habentes: aut quiuis presbyteri qui audiunt leges vel physicam sunt excōmunicati. c. non magnopere ne. cle. vel monachi se reb⁹ secu. immi. Religiosi dimittētes vbicumqꝫ habitum sue religionis ꝛ accedentes ad queuis studia litterarum sine licencia prelati: aut conuentus sui sunt excōmunicati. c. vt periculosa. ne cle. vel monachi. li. 6. Religiosi qui decimas debitas ecclesijs sibi appropriant vel vsurpant: siue qui non permittūt solui ecclesijs decimas de animabus familiarum ꝛ pastorum suorum si non habent administrationem ꝛ beneficia sunt excōmunicati: si habēt sunt suspensi: nisi requisiti destiternit infra mēsem: cle. religiosi. de deci. Monachi ꝛ canonici regulares non habentes administrationem ꝛ se cōferentes ad curias ꝑncipū: vt dānū monasterijs inferant aut prelatis sine licentia suorum p̄latorum siue qui tenent infra septa monasterij sunt excōmunicati: cle. ne in agro. de statu monachoꝝ. Religiosi necnō moniales professi contrahentes matrimonium: ꝛ alij clerici constituti in sacris de facto. s. sunt excōmnicati: cle. eos. de cōsā. ꝛ affi. Inquisitores hereticoꝝ q pretextu officij inquisitionis q̄busuis modis illicite pecuniā extorquēt: vel sciēt bona ecclesiaꝝ ob delicta clericorum fisco ecclesie applicant sunt excōmunicati: nec absolui pn̄t nisi plene satisfecerint illis a q̄bus extorserūt: cle. nolētes extra de hr̄ti. Religiosi n̄ seruātes īterdictuu quod seruat sancta romana ecclesia: cle. ex frequētibus ꝺ sen. exco.

Religiosi qui cōfitētib⁹ sibi nō faciūt cōscīctiā sciēter de decimis soluendis tales ab officio predicationis sūt suspēsi donec ꝯmode possūt faciant eis cōsciētiam: ꝛ si interim predicāt sūt excomunicati. Similiter ꝛ religiosi qui dicunt aliqua verba vt retrahāt audiētes a solutione decimarum sūt excōicati: cle. cupiētes de penis. Religiosi mendicātes qui domos ad habitādū vel loca de nouo reciperent aut mutarent vel alienarēt de nouo recepta: cle. cupientes. de pe. Fratres minores qui tpe interdicti recipiunt ad diuina fratres vel sorores de tertio ordine sancti

Francisci sūt excōmunicati. c. cū ex eo. de sen. exco. in clementinis.

A plat] ī cōi ingrēdū ē ꝑmo. c. 14.

SI legitime assecutus est dignitatem seu p̄lationē: an vꝫ aliq̄ irregularitate vel sn̄ia fuit irretit⁹ cū fuit assūptus ad prelaturam ī qua nō fuit dispensatus vel absolut⁹

vȝ si fuit bigam⁹. Si operat⁹ est in cā sanguinis. Si illegitimus. Si excōicatus vł suspēsus vel notorius cōcubinari⁹: qlibet hoꝝ hoc sciēs tenet platurā furtiue. vnde est cōtinue i mortali. Nō ꝙ illegitimus ad dignitatē vel beneficium curatū vł poratū in religione: ꝗ creat̄ p electionem sine dispensatione pape ꝓmoueri nō pōt. Ex priuilegio tamen magistri ordinis cum his pōt dispēsari ad platuras in ordine predicatorum: de hoc habes in. 4. parte sūme ti. de censuris ecclesiasticis. ¶ Si rite ꝛ absqꝫ vicio simonie fuit electus: cōfirmatus ꝛ ordinatus. Si interposuit preces ꝓ se: vel ꝓcurauit ꝙ alius porrigeret pces simōia ē: ꝛ si fuit simonia pactionis indiget dispensatiōe pape: ꝛ anteqꝫ sit dispensatus tenet furtiue dignitatē: de hoc in. 3. parte sūme ti. de simonia. ꝛ i omnibus que habes š. in. c. de bñficiatis. ꝛ in. c. de clericis. i coī potes interrrogare ꝓut erit expediēs. Et si est prelatus religiosus interrogandū ē de his que sūt i. c. pcedēti ꝛ ò alijs q̄ sequūtur. Si aliquod manifestū peccatū i subditis dissimulauit ꝛ non correxit: aut si non manifesta que tamen ad eius noticiam aliqualiter ꝑuenerunt vlterius non quesiuit. si vero ex negligentia dimitteret puto mortale q̄ ad criminalia. si autē ex aliqua ratione: vt ad maius scandalū vitanduȝ secus. Si i capitulo equus iudex ñ fuit Si ò reb⁹ monasterij dilapidator fuit. Si superioribus suis nō obediuit. Si causas sibi a superioribus ꝯmissas nō fm ꝯsiliū peritoꝝ: sꝫ fm acceptionē ꝑsonaꝝ determinauit. In oib⁹ his ē peccatū mortale: vel veniale fm quantitateȝ excessus ꝛ maliciam ꝛ negligentiam.

¶ Si idignos ꝛ nō idoneos in officijs posuit: ꝛ maxime ad curaȝ animaꝝ: ꝛ male videt̄ talis posse excusari a mortali: si eos quos scit malos: ꝛ i mortali perseuērare ponit ad curā animaꝝ cū potest ꝛpellē: nec credo ꝙ excuset paucitas: scilicet quia non inueniūtur alij: ꝛ etiam si iste al̄ sit industriosus multum ꝛ bene officiet ecclesiam in exterioribus. Idem cuȝ sustinet tales si illos potest iuridice remouere. ¶ Si posuit ad audientiā cōfessionuȝ notabiliter ignorantes ꝛ ineptos: vel criminosos mōtaliter peccauit per regulam: Qui causam damni dat. Idem si talis tolerat cum possit remouere nisi forte a superiori sint ad hoc positi. Sed quam curā de ipsis habebit cum ad sui dampnationem exerceant tales officium audiēdi cōfessiones. qūo aūt dicat̄ iept⁹: vel notabiliter ignorans: habes in sū.

¶ Si fuit nimis pomposus ꝛ curiosus i edificijs ecclesie: vł monasterij: i ornamētis ꝛ huiusmodi qđ ē ꝯ sententiam Hieronymi ꝛ Ambrosij. 12. q. 2. c. aurū. ꝛ. c. glīa epi. ꝛ etiā Bernar. Et tñ a modernis fiunt hodie multe superfluitates ꝛ curiositates: ꝛ palatia cōtra exempla omniuȝ sanctorū: ꝛ in his amittitur multum tempus ꝛ deuotio: ita vt ꝯpletis edificijs exhaustus videat̄ oīs spiritus: ꝛ pauperes iterea moriūt̄ fame: quos ò superfluis eoꝝ tenentur sustentare. 12. q. 1. c. eps ecclesiasticarum.

¶ Si nimis fuit solicitus circa tpalia ex hoc min⁹ debito vacās spūalib⁹ i se ꝛ i subditis vt electiōi: orationi: admonitioni: vtiqꝫ peccatū est plus ꝛ minus fm quantitatem excessus. Principalis

enim eius cura debet esse de spūalibus Si p curias nimis discurrit litigādo cum scādalo hominū cū posset p aliū modū magis pacificū sua repetē: et si non tantū. Si iura et p̄uilegia sue eccle sie nō seruauit et defendit: vt debuit. si i dispensando idiscrete se habuit: vel qr nimis de facili: et sine causa rationabi li i ieiunijs dispēsauit. In esu carniū in retinendis rebus ad vsum. In peni tētijs taxatis sm regulam: vel ɔstituti ones et hm̄: quia peccauit inducēdo re laxationem: et rigorē religionis ener- uando. Vñ beat⁹ Bñdict⁹ in regula dicit q de omni dispensatione habet reddere rationē. Si fuit nimis dur⁹ i dispensando cum debuit p̄cipue cū de bilib⁹ et īfirmis et hm̄odi nō puidēs eis. Si fuit exemplaris ī incessu mode rato: habitu nō p̄cioso: in modestia ge st⁹. In locutōne rara graui et fructuo sa cauēs discordias: pacē nutriēs: oēs patiēt' vidēs et tolerās: singularitates vitās: cōmunia sequēs cū pōt nemini blādus: affabilis cūctis: susurratōnes detractiones: irrisiōes: ɔfabulationes maledictiones: contentiones in se et in suis eliminās: circūspect⁹ in omnibus nō delectatus de p̄sidētia: sz timens de negligentia: cū de singulis habeat red dere ratiōz sibi cōmissis. Ita curā ali oꝝ habeāt q sui nō obliuiscāt': vt do- cet Grego. in pastorali Si in corrigen do fuit nimis remissus vel nimis rigi dus: vtrūqz cauēdū est vt docet Gre. in moralib⁹ et hr̄. 45. di. c. disciplina. nam facilitas venie incētiuū prebet de linquēdi. Ambro. 23. q. 4. c. est iniusta. et asp̄itas nimie increpationis: nec cor rectōez recipit nec salutē. Leo. di. 45.

.c. cum beatus. et .c. lz plerunqz. ea. di. Precipue vo circa seniores debet pre latus in corrigendo se hr̄e humanū: vt dicit' in illo .c. nisi essent habituati in malo: qa tunc duri⁹ sm Gregorium. vt. d. c. disciplina. et .c. licet plerunqz et. c. cum beatus. et .c. penitudinis tp̄a. 26. q. 7. et. c. tanta. 86. di. Si non induxit quantum potuit verbo et exēplo ad obseruādū omnia cerimo nialia ordinis sui. Si malas consuetu dines seu corruptelas regnare pmisit Si ɔtra regulā et decētiam religionis etiam quas īuenit iam inductas non abstulit quātum potuit: vt viciū p̄prie tatis: discursū fratꝝ ad placitū: fami liaritatē cū mulierib⁹ vel viris: si est monacha: collationē reꝝ amicꝫ et ɔsā guineis sine lnīa et rationabili causa: esum carnium vbi nō debent comedi. qd est vniuersale omni monacho: de ɔsecra. di. 5. c. monacho. et p̄cipue que sunt contra essentialia vota religionis nullo modo debet pmitē: nec etiā ad receptionē simonicam monialiū: sicut hodie fit quasi vbiqz. Nō si non pōt talis remouere: nec est spes in futurū dimittat curam exēplo scī Benedicti 7. q. i. c. aduersitas. circa. fi. m. c. fi. ea. q. al' nec quietē suā amittat: et tandez cū eis dānationē incurrat quicūqz sit ille abbas vel abbatissa: por vl' porissa vl' al' quocūqz noīe ceseat'. nec sufficit q prelat⁹ corrigat vicia que iam nosse ɔtigerit: sz debet diligenter agnoscere vultū pecoris sui ɔsiderādo vias eius Caueat aūt ne crimina sibi delata in foro ɔscientie vel in secreto iudicet de illis in foro ɔtentioso: seu in capitulo: vbi. n. tātum manifesta sunt punienda

nec foro miscenda sũt iudiciali. Si hꝫ sub cura monasteriũ monialiũ: ꝺ qua materia dicetur in.c.se. Si idiscrete fecit precepta i quibus multũ ꝺꝫ cauẽ nisi sit res ardua: ꝛ si cogeret per ꝓceptũ vel sententiã ad aliqd faciẽdũ vel dicendũ in quo nõ esset ei subdit⁹: vel nõ deberet ei obedire: vt reuelando peccatum occultum oĩno esset ei mortale. In inquisitione vero criminũ receptõne accusationis vel denũciationis: vel prolatiõe sententie excõicationis: ꝛ huiusmodi nõ sit preceps: nõ procedat ꝑ suspicionem: sed per probatiões ꝛ modos veridicos: alꝰ icurreret graue peccatum: ꝛ aliquando sententiam excõicationis: ꝺ his in.4ª. parte summe.

¶ Si prelat⁹ recipit aliquẽ ad ordinẽ mẽdicãtiũ ad ꝓfessionẽ añ annũ cõpletũ ꝓbationis seu nouiciat⁹: ẽ suspensus a receptiõe alioꝝ ad ꝓfessionẽ: ꝛ debitor pene grauioris culpe: vñ mortalit̃ peccat: ex̃ de regularibus.c.non solum lib°.6°.

¶ De epis ꝓlatis superioribus.c.16.

Circa epos ꝛ alios superiores prelatos sic pñt formari interrogationes. Si non sit talis litterature ꝛ sciẽtie ꝙ per se sciat explicare q̃ ꝺꝫ: ad quod tñ tenetur cũ habeat alios sup his informare ꝛ dirigere. Nã si bon⁹ cõiter ab hõib⁹ reputat̃ ꝛ sufficiẽs nõ esset necessariũ nisi eũ audire: ꝛ si ꝺ aliq̃ negocio ñ itelligit eum cõfessor vel dubitat: põt ꝺ illo loqui ꝑ sua serenitate: ꝛ si tale qd ẽẽt i quo variantur opiniones: vel non potest dari certa sententia relinquẽdũ ẽ sue ꝯscientie. Idem dicendũ cõtra alios clericos religiosos prelatos ꝛ laicos peritos: ꝛ timoratos q sciũt dicere sufficiẽter facta sua. Si vo nõ ẽ talis: ſꝫ indiget ad intorio iterrogãtis inq̃tũ clericus est inquiri ab eo põt ꝓut expedire videt̃ de his que habes.s̃. circa clericos i cõi vt de officio diuino: de celebratione: ꝛ administratione sacramentorum: ꝛ modo: ꝛ huiusmodi. ¶ Si assumptus ad epatum ex religione interrogãduꝫ est de his que habes in.c. circa religiosos quo ad multa: nam adhuc tenetur seruare ordinem suum: nisi in his que non patiuntur officium pastorale: vt silentiũ solitudo ꝛ vigilie ꝛ huiusmodi. Inquãtũ vo bñficiat⁹ seu curat⁹ ẽ: ꝛ ꝓlatus iterrogãdũ ẽ ꝺ his que habes.s̃. in.c. circa bñficiatos. ꝛ si recepit dignitatẽ seu epatũ habẽs aliquã irregularitatẽ: vl̃ per simoniã: vl̃ ꝑ intrusionẽ dic vt in.c. precedẽti in ꝓn. deinde iterroga de his que sequuntur que sũt spiritualia cure ꝛ officij pastoralis. Si contulit ordines sacros idebite quod est vnum in quo multum offendunt. Si cõtulit ꝑ simoniã ſꝫ occulte mõtaliter peccauit: nõ tñ est suspẽsus ex hoc q̃ ad alios: ſꝫ ꝑ simoniã notoriã ẽ suspẽsus etiã quo ad alios. Sed i vtroqꝫ casu ordinatus ab eo est suspensus: ꝛ indiget dispẽsatione. Si cõtulit scienter nõ habentibus legitimã etatem mortale est. nec potest ipe dispensare ꝺ etate. Si cõtulit ordines ꝑ saltũ scienter: vel duos sacros simul: vel quatuor minores cũ subdiaconatu peccat mortalit̃. Si cõtulit ordines sacros ex̃ tempora ordinationũ mortale est: nisi ex dispensatione pape: ꝛ ordinatus est suspẽsus. Minores tamen ordines conferre potest diebus festiuis.

¶ Si in ordinatiõe omisit aliquid faciendū: ⁊ si omisit aliqd ꝺ substātialibꝰ ĩ qbus ĩprimit̃ character: oꝫ totum iterare ĩ alia ordinatiõe q̃tuor tẽpoꝝ si võ ē qꝺ ñ substātiale. Sꝫ de simplici solēnitate ñ oꝫ iterari: sꝫ suppleri tātuꝫ omissum in ordinatione alia: nec ꝓus añ suppletionē iste ordinatꝰ oꝫ exercere officiū. Peccat eṗs in huiusmodi si ex certa scientia: vel crassa ignorantia hoc facit. Idē vr̃ si ex notabili negligētia. Si ordinauit aliqueꝫ sine licentia sui superioris scienter mortale est: ⁊ est suspensus ꝑ annū ab ordinū collatiõe. Si nõ fecit fieri examinationem ꝺ ordinandis: ꝺ scīa: etate: ⁊ moribus: ⁊ huiusmodi ſm iura peccat mortaliter. Idē si fieri fecit examinationem ꝑ ineptos ad huiusmodi ordinandos. Si fieri fecit per tales q̊s estimabat ꝓpter malā eoꝝ ꝯsciam admittere indignos si ad eū spectat ꝓuidere ꝺ talibꝰ: vl̕ remediare. Si scienter admittit ĩdignuꝫ quem iuste repellere potest: vt concubinarium: illitteratum ⁊ huiusmodi.

¶ Si nõ ꝯtulit sacr̃m confirmationis qñ debuit. Soli enim eṗi pñt illud cõferre: ⁊ ex̃ illud tṗs solitum omni tꝑe anni ⁊ hora moritur] pñt concedē: ne sine hoc moriant̃: q̃uis sine hꝰ saluēt̃ Cõmittendo ergo magnā negligētiaꝫ vt ꝑ multos annos credo esse mortale Si nõ dedit sacramentum ſm debitā formā materiam ⁊ locū mortale esset. Quod aūt sit ieiunꝰ ñ ē necesse ⁊ si decens ⁊ de iure. Si bis alicui dedit scienter peccauit mortaliter. vnde in hoc debet esse cautus ne iteret: ⁊ etiam debet aduertere ꝙ aliquis chrismatꝰ teneat chrismandū ñ cõsanguineus sꝫ aliꝰ.

¶ Si in cena domini ñ ꝯsecrauit chrisma ⁊ oleū sanctuꝫ vt debuit quia innouanda sunt talia: ⁊ si nõ seruauit debitam materiam ⁊ formam ⁊ rituꝫ ecclesie mortale est ⁊ huiusmodi. ¶ Si consecrationes ecclesiaꝝ vl̕ altarium ⁊ calicū ⁊ patenaꝝ ⁊ benedictiones vestium sacraꝝ nõ fecit vt debuit ſꝫ formā ⁊ ritū ecclesie: vel siqd hoꝝ fecit ꝑ simoniā mortale est. Idē ꝺ benedictionibꝰ abbatū: ⁊ abbatissaꝝ. Idē ꝺ recõciliatione ecclesie violate. Monialem quā nouit esse corruptam non ꝺ facili oꝫ ꝯsecrare in virginē: nec tñ manifestare crimen si est occultum: sed mutare nomē virginis ĩ castā vt ñ ꝑpēdat̃. Si ꝯtulit beneficia ꝑ simoniā mortale est: ⁊ si ꝑ notoriam est suspensus: etiaꝫ quo ad alios: secus si per occultaꝫ qꝛ ñ ē suspēsus. Si ꝯtulit scienter ĩdignis bñficia siue simplicia: siue curata mortale ē. Idē si acceptauit a patronis p̄sẽtatū ineptū: idē si cõfirmauit indignum. Si cõtulit plura bñficia in casu nõ cõcesso vni: vel plura officia aut ꝓbendas aut dignitates: vel si consanguineis minus aptis contulit ratione consanguinitatis postponēdo aptiores mõtale ē. Si admisit ad beneficia habētia curā animarum seu ipsa contulit non habētibus annum. z4. mortale est. ¶ Si ecclesijs ꝺ iure vacantibus nõ ꝓuidit ꝺ rectõe sicut vacāt curata beneficia data absq̃ dispensatione pape his qui nõ attingunt annum. z5. vel si infra annū non faciunt se ad sacerdotium promoueri: nisi causa studij sit omissū: ꝺ quo in. c. circa beneficiatos supra.

¶ Si enim infra sex menses primo pꝰ hoc non prouidit non potest postea se

intromittere. vel usurparet quod non potest quia mortale est: et non tenet talis collatio: et sic teneretur errorem suum manifestare. Idem quando recepto secundo beneficio vacavit primum vel secunda prebenda vacavit prima: de quo habes. s. sed plene in. 4ª. parte summe. ¶ Si ordinavit aliquem clericum ad ordinem sacrum sine titulo vel beneficio: vel saltem patrimonio sufficienti quia ultra peccatum tenetur ei expensas facere quousque de beneficio sit ei provisum: nisi aliquis episcopus hoc ei commisisset determinando personam: quia tunc ille committens tenetur ad id de huiusmodi: de quibus vide in. 4ª. parte sum. ti.

¶ Si in visitatione non diligenter quesivit de quibus debuit et maxime de vita: et honestate sacerdotum officiantium. et quomodo se habeat in administratione sacramentorum et de forma eorum. Si bene pronunciant precipue baptisma: quod est magis necessarium. De audientia confessionum quomodo se habeant: quomodo populum admoneant: et in rebus ecclesie precipue altaris quod teneant mundas. Si autem invenit in huiusmodi notabiliter excedentes: et periculose si non punit et providet quod illi se emendent: vel de alio si iste est incorrigibilis: et omnino ineptus graviter peccat: et omnia mala et damna animarum que inde sequuntur ei imputantur si potest obviare: et non facit. 83ª. di. pro totum. Si non visitavit episcopatum suum ut debuit. Si in visitatione nimis sumptuosus fuit: et cum nimia familia et equitaturis nimiis ultra prescriptum numerum: vel si ipse vel familia eius munera accepit: super quo est specialis pena: de quibus plene in 3ª. parte sum. Si sustinet in officiis et beneficiis notorios concubinarios: quos debet post admonitionem: si non dimittant etiam beneficio privare graviter peccat. Si pro aliis malis et sceleribus manifestis non punit in usuris ludis tabernis aleis negociis secularibus venationibus proditionibus et huiusmodi. In his enim non puniendo videtur male posse excusari a mortali: nisi ex huiusmodi punitionibus sequeretur scisma vel magnum scandalum. di. i. c. ut constitueretur. Si laicos sibi subditos notorios peccatores quos per se novit: vel sibi per parochianos eorum denunciatos: ut adulteros usurarios inimicitias manifestas exercentes non corrigit per censuras et alios modos graviter peccat nisi omittat: quia non speratur emendatio: sed deterioratio eius. Sed tamen hoc non videtur sufficienter excusare: sed hoc aliud: si timeretur grave scandalum in aliis: di. 44. c. comessationes. Si malas consuetudines quas reperit in sua diocesi non nititur auferre quantum potest: ut vendere laborare et huiusmodi in diebus festivis non communicari semel in anno: et confiteri et huius. tripudiare in ecclesiis: permittere violari ecclesiasticam libertatem: aut quod clerici conveniantur pro delictis vel pro debitis in iudicio seculari: vel ecclesiasticam immunitatem: ut quod extrahantur debitores vel malefactores per violentiam de locis sacris: et huius in casibus non concessis. debet enim prohibere et si post admonitionem nolunt desistere excommunicare: et pro commissis iam punire. alias peccat graviter omittendo ex timore: vel negligentia: di. 43ª. sit rector vel doctor. ¶ Si fructus vel redditus episcopatus sui male expendit dando consanguineis suis: vel aliis non indigentibus peccat graviter: et si distincta sunt ea que deputantur ad mensam eius ab aliis: et si ea que erogare debet clericis: vel ad reparationem

ecclesie: vel pauperibus dat cõsãguine is vel aliis amicis sine ꝓbabili ĩdigentia tenet restituere illa qa rapinã fecit ꝛ similiter recipientes ab eo. ¶ Si vero non sunt distincta hec bona cũ intelligãtur omnia cõmitti fidei sue. ea q̃ superfluũt ad vsũ sui: ꝛ familie sue ꝯueniẽter dz pauperib⁹ erogare: alr̃ non dãdo pauperib⁹ subtrahit. 12. q. 2. c. aurũ ꝛ. c. gloria epi. Abo. ¶ Si grauauit suos subditos in indebitis collectis. ¶ Si fecit clericos suos soluere collectas tallias positas a domino temporali: vel gabellas ad eius instantiaz. ¶ Si spõte ipse dedit absq3 licentia romani põtificis q2 prohibetur. ¶ Si delicta clericoꝝ vl' laicoꝝ: vt blasphemantium deum vel sanctos suffocantiuz paruulos ex inaduertẽtia: ꝛ huiusmodi puniuit magis pena pecuniaria ex auaricia: ꝛ magis propter lucruz q̃ȝ pro salute eorum ad refrenandum. ¶ Si visitauit diocesim vel visitari fecit magis propter lucrũ q̃ȝ propter animaꝝ salutez.

¶ Si alienauit bona episcopatus sui sine licentia pape in casu indebito: in quolibet horum est mortale. ¶ Si iura aliarum ecclesiarum non seruauit

¶ Si bona vacantiũ ecclesiaꝝ sibi vsurpauit cũ debeant successori reseruari.

¶ Si iusta debita a predecessoribus contracta ratione ecclesie non soluit.

¶ Si fruct⁹ alicui⁹ bñficii ad tp̃s accepit vel partẽ ab eo cui dedit vult habẽ in q̃libet hoꝝ ẽ rapina. ¶ Si non seruauit formã iuris circa manifestos vsurarios: sȝ ꝺ certa quãtitate ꝯtẽtus ñ facta debita restitutiõe r̃mittit sibi: ꝛ ad sacr̃a ꝛ ad sepulturã admittit. ¶ Si ĩcerta pauperib⁹ dispẽsanda ĩ vsum suum cõuertit sine necessitate. ¶ Si sententias excõmunicationis ꝺ facili propter lucrum profert vel absolutiones. ¶ Si permisit questuarios vel alios pronũciare indiscretas indulgẽtias ꝛ falsas: quodlibet est mortale ꝛ graue. ¶ Si exẽptos: vt p̃dicatores fratres ꝛ minores: heremitas sãcti Aug. carmelitas seruitas cisterciẽses: ꝛ alios habẽtes p̃uilegia exẽptiõis iniuste molestat nõ seruando eoꝝ p̃uilegia: vel ꝑ audientia ꝯfessionũ: nõ admittẽdo sibi p̃ñtatos idoneos: s̃m cle. dudũ ꝺ sepul. vel sibi retinẽdo nimios casus: vel incõsuetos vt quotidie habeãt ire ad ipȝ vl' ad aliũ cogẽdo: quãtũ ad id ĩ quo sũt p̃uilegiati: vel eos ad iudicium trahendo cũ in nullo possit eos cõuenire nisi ꝑ heresi peccat grauit̃. ¶ Si monasteria monachoꝝ vel monachaꝝ nõ exẽpta nõ diligenter ꝛ honeste visitauit: ꝛ eos vel eas ad seruãdũ regulã induxit: deponẽdo abbates vel abbatissas: ꝑ relaxatiõe cũ expedit habẽdo curam ꝺ honestate eaꝝ: ꝛ ꝙ nõ habeãt familiaritatẽ cũ clericis religiosis vel laicis ꝓuidẽdo ꝺ diligẽti clausura ꝛ ꝺ cõfessore securo doctor bone ꝯsciẽtie: ꝓhibẽdo ingressũ simoniacũ: ꝛ cõuiuia feminarũ q̃ ibi fiũt: ꝛ festa vana in cõsecratione eaꝝ.

¶ In iudicãdo ĩ foro ꝯtẽtioso.

SI nõ tenuit vicariũ perituz ꝛ bonũ: precipue qñ ex se nõ habuit debitã sufficiẽtiam iuris ¶ Si nõ seruauit debitũ ordinẽ iudiciariũ. ¶ Si fuit acceptor p̃sõaꝝ. ¶ Si dedit iniquas sẽtẽtias dic vt. s. in. c. circa iudices. ¶ Si nõ seruauit debitã formã iuris ĩ ferẽdo sentẽtias excõmunicatõis

suspēsionis ꝛ interdicti: qꝛ vltra pecca
tum mortale incurrit certā penaꝫ: de
qua in. 4ᵃ. parte sum. precipue ī causis
mřimonialibꝰ dꝫ esse cautissimū: ꝛ pō
derosū circa diuortia. Si dedit licen-
tiam dn̄o tpali vel iudici verberandi.
vel ponēdi ī patibulo: vel incarcerādi
vel alias puniendi clericos suos nisi in
casu in quo essent incorrigibiles ꝑ euꝫ:
qꝛ efficitur cū predictis excōicatꝰ. c. vt
fame. ꝺ sen. excō. Nemine tn̄ dꝫ verbe-
rare manibus suis: nec tn̄ cū expedit ꝑ
laicū: sꝫ ꝑ clericū dꝫ facere vberare cle
ricū ſm iura: ꝛ a causis sanguinum dꝫ
abstinere ope consilio ꝛ mandato.

¶ Si hereticos diligēter n̄ īquisiuit ī
diocesi sua: ꝛ puniuit ſꝫ iura. Si testa
menta ꝛ vltimas voluntates non fecit
īplē: precipue legata facta ad pias cau
sas. ¶ Si dispēsauit ī votis ꝛ iuramē
tis ī qbus nō potuit: vel si potuit tn̄ in
discrete ꝛ sine cā rōnabili pc̄tm ē gra-
ue. ¶ Si absoluit a sentētijs a qbꝰ n̄ po
tuit: vt pape reseruat]: vel dispensauit
in irregularitate ꝺ qua nō potuit. Si
exēplaris fuit ī habitu nō precioso: vł
pōposo supellectilibus nō argenteis ꝛ
curiosus in apparatu domus: ꝛ orna-
tu non seculari: in victu sobrio non cō
uiuali nisi ꝓ pauperibus: in visitādo
ecclesiam: interessendo diuinis: ꝛ p̄ci-
pue in diebus festiuis: hec dꝫ facere ſꝫ
iura in solēnitatibus precipuis cātan-
do missam: dicendo officiuꝫ deuote n̄
cursim: ordinando ꝙ dicatur ī eccl'ia
sua debite: frequentādo orōnes priua-
tas: vacādo lectōi. di. 36ᵃ. ꝑ totū: predi
cādo si scit: si nescit ꝓuidēdo gregi suo
ꝺ predicatoribus vtilioribus nō curio
sis ꝛ ꝺ cōfessoribus tenendo honsteam
deuotā familiā: solicitus ꝺ eius salute
vitādo mulieꝝ cōuersationē sicut pōt
In exitu ꝺ domo raro nisi ad eccl'iaꝫ:
sepe ꝯferēdo ꝛ querēdo cōsilia a ſuis
dei qn̄o possit suo gregi ꝓuidere: adu-
lationes vt venenū abhorreat: pater vi
duaꝝ paupeꝝ orphanoꝝ ꝛ oppressoꝝ
existat: ꝛ causas eoꝝ sine expensis ex-
pediri faciat. In iniurijs ꝓprijs nō sit
vīdicatiuus: sꝫ patiētissimus: in verbo
ꝛ gusto nō subitus ꝛ iracūdus: nemini
multū familiaris nisi seruis dei: supe-
rioribus obediēs: equalibꝰ n̄ īuidēs: n̄
gaudens ꝺ dignitate ꝛ honore: sed lu-
gens pro exteriori occupatione ꝛ ple-
bis offensione: ꝛ si in omnibus diligē-
ter se habuerit: nil deo acceptabilius.
Si vero perfunctorie ꝛ male: nil mise-
rius ꝛ damnabilius episcopi dignita-
te: vt dicit Aug. di. 40. c. ante omnia.

¶ De prelatis habes multa in 3ᵃ. par-
te summe ti. fi. per totum. ¶ Episcopi
ꝛ supra cōcedētes vnaꝫ domum vsura
rijs manifestis alienigenis ad fenus ex
ercendū sūt ipso facto suspēsi: extra de
vsu. c. quāq̄. li. 6º. Similiter si permit-
tūt ꝙ huiusmōi vsurarij aliēigene ex
erceant fenus in terris eoruꝫ subiectis
iurisdictioni nisi infra tres menses ex
pulerit eos suspensi sunt: vt in dicto. c.
quāq̄ de vsuris li. 6º. ¶ Qui se gerit
pro papa electus a minori parte q̄ a
duabus partibus cardinalium est ip̄o
facto excommunicatus. Et similiter
cardinalis qui presumpserit nomina-
re taleꝫ papam: ꝛ similiter omnes alij
qui talem reciperent pro papa: extra
ꝺ elec. c. licet. li. 6º.

¶ Oēs clerici ꝛ religiosi ac laici siue fa-
miliares curie: siue alij q aliqꝺ pactuꝫ

fecerint: vel aliquid magnū vł paruū̄ ꝑmiserint: vł ꝑmissionē rceperit ex pacto vel ꝑmissione occulta vel manifesta dederint: vel receperint qd magnū vel paruum ꝑ aliqua iusticia vel gratia pro se vel alio in causis iudiciarijs vel litteris apostolicis: ꝛ quibuscunqꝫ modis ab apostolica sede obtinenđ ipso facto sūt excōicati: In extrauaganti Bonifacij octaui: cui⁹ absolutio pape reseruat̄. hec habent locum ī curia romana. Jo. an. ꝛ Anto. đ butrio eaꝫ allegat.

¶ De absolutiōe ꝛ pnīe iniūctōe. c. 16.

Postqꝫ vero penitēs dixit ex se peccata sua siue ex interrogatiōe ꝯfessoris īterrogātis peccata sua vt debuit: tandē cōcludat: In istis peccaui: ꝛ in multis cogitatiōe de lectatione: locutione: opere: ꝛ omissiōe vel aliquo đ huiusmodi: de quibus dico meā culpā. Cōfessor vō interroget eū: si sit talis de quo non dubitetur qꝛ tūc superfluū ꝛ irrisibile. Si ipse dolet de omnibus peccatis venialibus ꝛ mortalibus confessis: ꝛ si ꝓponit firmiter ab illis abstinē: seu ab omnib⁹ mortalib⁹. Si vero talis habet aliqua restituere: vel famā vel res vel pro iniuria satisfacere: ꝛ huiusmodi: si est paratus facē q̄citius pōt absqꝫ dilatiōe aliqua que restitutio quō facienda sit: ꝛ quo ordine quo ad certa ꝛ īcerta: vide ī. 2ª parte summe ti. đ restitut. per totum qꝛ si dicat se nolle istud facere: vel non posse: cū tñ possit non est absoluendus Tho. vt dicit̄. 2ª. q. 3ª. c. tunc vēa pōt tñ sibi dici: Misereatur tui: ꝛc. sed nllō modo: Ego absoluo te. Pōt etiam ei iniūgi aliqđ bonū faciendū nō tamē in penitentiā declarādo sibi hoc qꝛ infructuosa sit talis confessio ei ꝛ sine remissione peccatoꝝ: đ pe. di. 5ª. c. falsas Sed si paratus est facere omnia ad q̄ tenetur: tūc si esset aliqua excōicatiōis sñia ligatus: si nō potes euꝫ absoluere ab illo remitte eum ad epm̄: seu ad alium qui possit absoluere: vel tu vadas ad procurandum absolutionem ꝓ eo ꝛ cū est absolut⁹ ab excōicatiōe postea tu eū absolue a peccat. ꝛ ñ pri⁹. Tho. Si aūt potes eū absoluē habēdo ī hᵒ spēalē auctoritatē: si nō absoluisti euꝫ in pricipio qđ decētius fuit: nec tamē ē multa vis si fiat in fine cōfessiōis dūmō fiat añ absolutionem a peccat.: absolue eum per hunc modum vt infra.

¶ Primo exigēdū est ab eo iuramētū vt sit paratus stare mandatis ecclesie que illi fient ꝓ illa causa: quo iuramēto prestito iniūgat̄ ei hoc. s. si īcidit faciēdo ꝯ aliquē canonē ꝓponat nō amplius facere ꝯ illū. Si vēo ꝓ offensa: vł damno facto in aliū ꝓmittat satisfacē q̄tū pōt: ꝛ hoc facto denudatis humeris cōfessor seu absoluens cum disciplina vel virga percutiat eum dicēdo psal. Miserere mei deus: vel aliū psalmū pnīalem dando ictum ꝓ quolibet v̄su. postea vō gl'ia pr̄i: ꝛ sic erat finit. subiungit. kyriel. christel. kyriel. Pr̄ noster. ꝛ ne nos. v̄. Saluum fac seruuꝫ tuum. ℟. deus meus sperantem in te. v̄. Esto ei dn̄e turris fortitudinis. ℟. a facie inimici. v̄. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. ꝛ fili⁹ iniquitatis ñ apponat nocere ei. v̄. Dn̄e exaudi orationē meā. ℟. ꝛ clamor meus ad te veniat. v̄. Dn̄s vobiscū. ℟. ꝛ cum spiritu tuo. Oremus.

Deus cui ꝓpriũ ē misereri semꝑ ⁊ par
cere suscipe deprecationem nostraꝫ: ⁊
hũc famulũ tuũ quem sñia excõicatio
nis ligatum tenet miseratio tue pieta-
